



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

IX. Bischof Wilmar von Brandenburg bestätigt dem Kloster Leitzkau dessen Besitzungen und die Schenkungen seiner Vorgänger, im Jahre 1173.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

promota est et aucta edificiis et religione et personis. Sollicitudinis itaque nostrae, qui primi et summi ejusdem ecclesiae sumus fundatores et advocati, commisimus etc. Actum 1155.

Buchholz I, 421. No. 20. Beckm. Anh. Gesch. I, 504.

Ann. Die nur in diesem Fragmente noch bekannt gebliebene Urkunde, bezeichnet die Markgräfin Sophia in einer Weise, welche annehmen läßt, daß dieselbe bereits verstorben war. Ihr Tod erfolgte aber erst im Jahre 1160. (Chr. Saxo. Chr. Stederb. bei Meibom I, 454) und dürfte daher auch die vorstehende Urkunde in eine spätere Zeit gehören.

VIII. Graf Dieterich von Werben bestätigt dem Kloster Leitzkau den Besitz von Grüssow und Gottow, um das Jahr 1173.

Ego Theodoricus, divina annuente clementia Comes, notifico tam futuris quam presentibus, quia Toorneburch, cum omnibus bonis illuc pertinentibus, secundum divisionem Patris mei piae memoriae Marchionis Adalberti proprio jure mihi provenit, inter quae bona villa una Crusslowe, nec non et Gottowe, cum silvis et pratis et stagnis illuc pertinentibus olim connumerabantur, sed largitione Patris mei, mecum meis fratribus consentiente, in usus fratrum, in monte S. Mariae Liezeche Deo servientium, cesserunt. Et quia haec patris mei largitio meo et fratrum meorum consensu, coram Romanorum Principe Friderico in plena curia Magdeburgh confirmata est, idcirco ego verbo et scripto hanc corroborans, me vel aliquem heredum meorum in praedictis bonis nihil juris habere profiteor, quia cum essem in annis legitimis Patri meo in hac re libens assensum praebui. Hujus rei testes sunt Wichmannus, Magdeb. Archiep., Wilmarus, Brand. Episc., Walo, Havelb. Episc., Otto, March. Brand., Hermannus, Comes de Orlamunda, Bernardus, Comes de Alcherleven, cum reliquis fratribus meis, Henrico et Sifrido, Bernardus de Valckenstein, Walterus de Arnstein, Badericus Castellanus de Brandenb., Evererus, Richardus, Macharius, Henricus, et Rudolphus de Jericho.

Buchholz IV, 24. No. 18.

IX. Bischof Wilmar von Brandenburg bestätigt dem Kloster Leitzkau dessen Besitzungen und die Schenkungen seiner Vorgänger, im Jahre 1173.

In nomine sancte et individve Trinitatis, Ego Wilmarus, Dei gratia Brandenburgensis Episcopus. Ad hoc pastoralis nobis officii curam commissam credimus, ut religiosarum in episcopatu nostro personarum in quantum possumus utilitatibus consulamus earumque possessiones quas jam iuste possident aut in futurum possessuri sunt, nostra autoritate confirmando conferuimus. Quaecunque igitur bona predecessor noster venerabilis memoriae Wigerus Brandenburgensis episcopus fratribus in monte beate Marie in Lietzecha Deo servientibus obtentu divine remunerationis contradidit, Nos nihilominus enumerando ac testificando corroborare dignum duximus, ecclesiam videlicet B. Petri in Liezecha cum censu utriusque ville nove scilicet et veteris omnem quoque decimationem earundem villarum tam de bonis Domini Gerberti, quam ceterorum ibidem manentium, quam etiam usque ad nostra tempora iidem fratres legitima possessione tenuerunt, fundum

quoque vinearum cum decimis earum, locum in quo claustrum situm est cum silva contigua, villam que dicitur Ladeborch cum censu et decimis cum omni seruitio quod Episcopo eatenus debebatur et silva eidem loco contigua et reliquis ejusdem ville appenditiis, villam etiam que Niendorp dicitur et aliam que Gawene nuncupatur, aliam quoque que Lochowe dicitur cum censu et decimis et omnibus earum pertinentiis. Aliam etiam villam que Ceffarue dicitur cum censu et decimis et suis appenditiis scilicet quadam curia que Colibick dicitur et villula que Vtzikiltorp dicitur que in prefate ville Ceffarue terminis continentur, duas quoque partes decime de tribus villis Ekholt, Silitz, Predele. Omnem quoque decimam in villa que Cruffow dicitur quam villam predicti fratres a Marchione pie memorie Adelberto consensu filiorum ejus comparaerunt. Preterea ne qua in posterum emergat ambiguitas per quam eorundem fratrum perturbetur tranquillitas villas ad earum parochiales ecclesias pertinentes in quibus tertia pars tantum decime jure cristianitatis ipsis debetur enumerando distinguere decrevimus. Ad ecclesiam Liezecha Mufchawe, Zebecore et due villule que ambe Kruckeborne nominantur, Slaudiz quoque et Meterne, que nunc a Slavis inhabitantur, si in posterum a teutonicis possesse fuerint eidem ecclesie partem tertiam decime persolvent. Ad ecclesiam Lochowe villa que Quabitz dicitur, Wiuare, Veterzeb, Tuchovele. Nos quoque eorundem fratrum adjuvari cupientes orationibus pro remedio anime nostre et eterna retributione, mansum unum in villa Slautiz in vsus ipsorum fratrum contradidimus. Et vt hec nostre traditionis et confirmationis charta futuris temporibus firma semper et inconvulsa permaneat, sigilli nostri impressione eam signamus et Banni nostri auctoritate roboramus. Si qua ergo in posterum ecclesiastica secularisve persona contra hanc nostre confirmationis paginam ausu temerario venire presumpserit, a sacratissimo corpore et sanguine Domini aliena fiat, quousque factum suum digna satisfactione poenitentiae emendet. Hujus confirmationis testes sunt Walo Havelbergenfis episcopus, Balderamus prepositus Sancte Marie in Magdeburg cum Conventu suo, Gunterus prepositus Santi Victoris in Gratia Dei, Gerhardus prepositus in Brandenburch cum conventu suo, Reinerus prepositus ipsius loci cum conventu suo, Hubertus prepositus in Havelberch, Iffridus prepositus in Ierichow, Balduinus prepositus de Rode, Balduinus sacerdos, Hubertus sacerdos, Hildoffus sacerdos, Testmarus sacerdos, Wilhelmus sacerdos, Simon sacerdos, Hugo sacerdos, Heinricus sacerdos, Otto Marchio Brandenburgensis, Baldericus Castellanus Brandenburgensis, Euererus aduocatus, Richardus et Hinricus frater ejus, Gerbertus de Liezecha, Friedericus prefectus de Liezecha. Facta est Charta hec anno dominice incarnationis M^o. C^o. LXXIII^o. Indictione VI. Epacta XV. Regnante Friderico Romanorum Imperatore Augusto feliciter Amen.

Auscultata est et diligenter collationata presens copia per me Arnoldum Krampze Clericum civitatis Halberstadenfis publicum sacra imperiali auctoritate notarium et concordat cum suo vero Originali sigillato quod attestor manu propria.

Aus einer Copie des 16. Jahrhunderts im Dom-Archiv zu Brandenburg.